



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 8. Spei junge opera, virtutees, &c. Ex Veteri. Ex Novo, Patribus, & alijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

Ex Patribus, & aliis.

Si desperat humana fragilitas, Unigeniti sanguinem consideret, & in pretio suo conspiciat; quam magna est, quæ tanti valet. S. Gregor. mor. l. 27. 8.

Omnipotenti Medico nullus languor insanabilis occurrit: tantum tu curari te sine; manus ejus nē repellas; novit, quid agat. Non tantum delesteris; cum fovet; sed etiam tolere, cum fecat. Tolera medicinale dolore; futuram cogitans sanitatem. S. August. in Psal. 102.

Nullum animæ vulnus insanabile; sicut in corpore multa sunt talia. S. Chrysof. hom. 24. in Act.

Verum est, quia sola apud Deum desperatio perdit errantem. Ennodius l. 4. ep. 3.

Qui pretiosum sanguinem suum effudit pro nobis, ipse nos à peccato liberabit. Non desperemus in ipso, fratres, non abiciamus nos ipsos in statum desperationis. Grave enim scelus, non credere spem poenitentiae. Si potest serpens deponere senectutem; cur nos peccatum non deponamus? Terra quoque spinosa, cum fuerit bene exculca, in frugiferam transmutatur: nostra autem non restaurabitur salus? Natura itaque est capax salutis; sed requiritur deinceps voluntas. Non vincunt peccata tua multitudinem miserationum Dei: non superant vulnera tua summi illius Medici experientiam; fidelem modò te ipsum praebeas: edisserere Medico affectionem tuam. S. Cyrill. Jeros. Catech. 2.

Passio tua ultimum refugium, singulare remedium. Deficiente sapientiâ, justitiâ non sufficiente, Sanctitatis succumbentibus meritis, illa succurrit. S. Bernardus l. 22. in Cant.

Homo Deum magis inhonorare nequit, nec majorem illi irrogare injuriam; quam si, ob multitudinem, aut gravitatem, criminum suorum desperet de ejus misericordia. Blossius Sabello an. fid. §. 1.

Deus S. Catharinae Sen. ait tr. 3. c. 132. div. doct. peccatores, qui in mortis extremitate desperant de misericordia mea, multò gravius me offendunt, & magis mihi displicent hoc peccatò; quam omnibus aliis iniquitatibus, quas unquam commiserunt. Qui enim desperat, contemnit apertè ipsam misericordiam meam. Blossius ib. p. 2. c. 1.

§. VIII.

Spei junge opera, virtutes, &c.

Ex Veteri.

Seth natus est filius, quem vocavit Enos. Gen. 4. 26. Juxta Philo. l. quod deterius potiori insidetur: Seth vir justus, & sanctus, genuit Enos, id est, spem: quia, licet spes esse possit in peccatore, potiori tamen jure ad justum pertinet. Qui enim diutius in peccatis persistit, potius praesumit, quam sperat: ille verò in Deum sperat; qui ad Deum convertitur. Pinna Echol. 234.

Polyant. h. Sac. Tom. II.

Tolle arma tua, pharetram, & arcum &c. Gen. 27. 3. 4. Lyran. quaerit: cur Isaac à filio cibos noluerit, priusquam illi extremam benedictionem daret? Responder: quia filius recipiens benedictionem, debebat patri facere obsequium, & servire in mensa. Vana est sine meritis vita bonæ, spes gloriae beatæ. Isaac in confinio mortis positus, & supremam benedictionem primogenito suo impertiri cupiens, dixit: *tolle arma &c.* Did. Niss. D. 7. Pent. §. 5.

Afferamus ad nos de Silo arcem. 1. Reg. 4. 3. Cum deberent peccata ex animis extirpare, arcem Dei in castra afferebant; putantes, ex absentia hujus, calamitatem inductam. Cætanus: devota intentio, ac commendanda spes; si facta respondissent intentioni. Fiducia enim in arca Domini, quamvis bona in se; insufficientis tamen est, nisi bonis operibus comprobetur. Recurrerunt illi ad externam caeremoniam, omittentes internam poenitentiam peccatorum suorum; & in hoc peccaverunt, relinquentes veram causam percussiois. Mendoza hic.

Da manum tuam, & ille levavit eum ad se in currum. 4. Reg. 10. 15. Cum in cœlum subvehi petes, dicit tibi Deus, quod Jehu ad Jonadab filium Rechab. Quid est, quod vult homo? gloriam, quietem, beatitudinem. Ergo da manum, ait Dominus; opera volo, & labores; ut pro his tibi impertiam, quæ rogas. Did. Niss. D. 7. Pent. §. 5.

Sacrificate sacrificium justitiæ. Pl. 4. 6. id est, rectè vivite; & corda vestra divinitati semper munda offerite. Addit: *& sperate in Domino;* ut vitam bonam spes felicior subsequatur. Cassiodorus hic.

Redimet Dominus animas servorum suorum; & non delinquent omnes, qui sperant in eo. Pl. 33. 23. *spera in Domino, & fac bonitatem.* Pl. 36. 3. Sunt plerique, qui sine bonis operibus, imò cum multis criminibus, dicunt, se sperare in Deo: quod utique non est spes, sed praesumptio de misericordia D. E. I. Unde ad veram spem hortatur: *spera in Domino &c.* S. Bernardinus tr. de 8. beatit. l. 5. Navigatio spei, non velis tantum, sed & remis, agenda est. Vides Cherubim, & Seraphim, dictante Scripturâ depictos cum alis, & manibus. Quâ de causâ? nisi ad exprimentenda verba Davidis: *spera in Domino &c.* Rho aff. spei 26.

Ego autem sicut oliva fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei. Pl. 51. 10. Cujus vox hæc tantæ plena fiducia? an Abelis? an Enos? an Enoch? an Jeremiam in utero matris sanctificati? Davidis est: & quidem non innocentis, sed adulteri: non luctantis cum Goliath; sed foeminae succumbentis. Psalmus iste primus est post quinquagesimum. Tu olea? & quidem fertilis, in domo Dei es? Et ubi voces illæ? *miserere mei Deus!* Scit David, DEI misericordiam ad delicias usque; & decora, peccatoribus indulgere: scit, post scelus non modò non abjectum se esse à Domino; sed erectum altius. Et quidem nusquam se ante pecca-

§§§ 2

con-
em,
dum
mo-
r.
non
gu-
re,
Dei:
rum
2. 5.

stis,
quòd
tio-
e. de

unt.
s ab
cir-
ben-
uan-
fia:
llis.
elo-
gnæ
tus.

Me-
ad-
en-
tin
in
or;
de
um
vi-
no-
na-
gi;
m;
tur.

mi-
un-
ulis
im.
an-
ce-

nod
tas
qui
mi-
ex
vo-
ia,
19.
ter.
Qui

peccatum tam splendido vocabulo ornavit; doctus, clariores nos fore post culpam, si poeniteat culpæ. Oliva t. 2. Strom. §. Ego autem &c.

Et filius ejus erit spes. Prov. 14. 26. Beda, &c. pronomen *Ejus* referunt ad timorem Domini: id est, iis, qui summè timent Deum: adeò, ut ex timore Domini, velut è matrice fati, concepti, & geniti, videantur, erit spes, tutela, & protectio. Cornelius hic.

Bonus est Dominus sperantibus in eum. Thren. 3. 25. Et, nè otiosa sit spes, addidit: *anime querenti illam.* S. Paschasius hic.

Misericordiam, & judicium, custodi; & spera in Deo tuo semper. Of. 12. 6. q. d. si hoc cares, vana est tua spes. Diez. conc. 4. in Comm. Virg.

Ex Novo, & Patribus, aliis.

Memento mei, cum veneris in regnum tuum. Luc. 23. 42. Videbat se jam latro Christi gratià victorem de Mundo, & diabolo; multà patientià se DEO in holocaustum obtulerat; & inde ab eo sperat regnum. Pl. 4. 6. *Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino.* Sylveira hic.

Expectantium aqua motum. Joan. 5. 3. In omni expectatione bonorum sperandorum patientià opus est. Hinc Jacobus ait sub similitudine in spe agricolæ: *patientes estote—ecce agricola expectat.* cap. 5. 7. Sim. Cass. lib. 5. cap. 27.

Supervacue in Deo sperare convincitur, qui, sine operum bonorum exercitatione, divinà se credit posse fruitione latari. S. Laurent. Just. f. in festo Corp. Chr.

Spes sine vità virtutum, & devotionis dulcedine, non est spes, sed præsumptio. S. Bernardus. S. sup. Salve.

Spes ad modum fumi ex igne, id est, charitate, provenit; in alto ascendit, in fine deficit, id est, in gloria. S. Thom. Aqu. prologo in ep. Eph.

Conchæ in littore ad Orientem solem panduntur. Lem: *spes dilatat.* *Bonus est Dominus sperantibus in eum, anime querenti illum.* Thr. 3. 25. Helius

Anchora infixæ, sed fune ruptò, quò alligata erat Lem: *Tolle fidem; spes nulla futura est. Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo; ut abundetis in spe, & virtute Spiritus.* S. Rom. 15. 13. Id.

§. IX.

Spera, & time.

Num. 1.

Symbola.

Ex Veteri.

Viditque in somnis scalam. Gen. 28. 12. S. Hieron. ep. ad Geront. Ascendebant Angeli, & descendebant: ut nec peccator desperet salutem; nec iustus de sua virtute securus sit. Sunt, qui quandoque Angelicà puritate nitentes, conversationem suam in cælo habere videbantur, miserè ceciderunt. Sic è contrà plu-

ret, qui à terrena, & bestialì vità, poenitentia pennis, ad angelicam, & celestem, vitam ascendunt. Ramirez in 3. ep. 5.

Per diem in columna nubis; & per noctem in columna ignis. Ex. 13. 21. Docemur, inter timorem, & spem, incedere, in columnâ nubis lucidâ, & ardente, quâ populus Hebræus ducebatur. Sic intelligit S. Clem. Alex. Orat. ad Græcos: hoc simul est gratia, & timoris, indicium. Si obedieris, lucem; si non obedieris, ignem. Fernandus in Gen. 1. 1. Sect. 1.

Dominus Deus tuus ignis consumens est. Deut. 4. 24. Et tamen dicitur Cant. 1. 2. *oleum effusum?* Cur? ignis est, ut peccator timeat; oleum, ut speret misericordiam. Psal. 146. 11. *beneplacitum est Domino super timentes eum; & in eis, qui sperant super misericordia ejus.* Sylveira in Luc. 5. q. 16.

Nè declines ad dexteram, neque ad sinistram. Prov. 4. 27. Nè præsumas ad regnum de justitia tua; nè præsumas ad peccandum de misericordia Dei: ab utroque te revocat præceptum Domini divinum; & ab illi altitudine, & ab ista profunditate. S. August. in Pl. 31. Iustus declinat ad dexteram, qui de sua justitia, & viribus, præsumit: injustus declinat ad sinistram, qui, propter carnis fragilitatem, salvari se posse desperat. Salonijs in Pl. 4. 27.

Lava ejus sub capite, meo, & dextera illius &c. Cant. 2. 6. Lava sponsi justitia est, quæ per timorem fulcit Ecclesiam, nè corrumpat in peccatum: dextera sponsi est misericordia, quæ per spem amplexatur, & consolatur Ecclesiam, nè desperet: *sperantem in Domino misericordia circumdabit.* Hugo Card. hic.

Surge Aquilo, & veni Austro. Cant. 4. 16. Aponius per Aquilonem intelligit metum; per Austrum verò spem. Hi venti, licet oppositè à regione perflent, mirè conspirant, hortum sponse ut ventilent, & odorem flores exhalare faciunt. Pinna Ethol. 17.

Ex Novo.

Non fiat fuga vestra in hyeme, vel Sabbatho. Matth. 24. 20. Hyeme à Deo fugit, qui, consideratà severitate justitiæ suæ, nimio terrore concussus, in desperationis barathrum ruit. Fugit autem Sabbatho, qui nimis de Dei bonitate præsumit. S. Bernardus f. 30. Act. 2.

Erat aspectus ejus sicut fulgur, & vestimentum ejus sicut nix. Matth. 28. 3. S. Gregor. hom. 21. in Evang. in fulgure terror timoris est, in nive autem blandimentum candoris. Quia verò omnipotens Deus, & terribilis peccatoribus, & blandus est iustis; rectè testis resurrectionis ejus Angelus, & in fulgure vultus, & in candore habitus, demonstratur: ut de ipsa sua specie & terretet reprobos; & mulceret pios. Unde rectè quoque populum per desertam gradientem, columna ignis in nocte, & columna nubis præibat in die. In igne terror est, in nube autem nivis blandimentum: dies verò vita iusti; & nox accipitur vita peccatoris. Sylveira Marci 16. q. 11.

Habeat